

Antyllus / Nicolaides, Paniotas / Sprengel, Kurt (dir.). - Antyli, veteris chirurgici, Ta Leipsana Consensu ... Praeside Curtio Sprengel ... D. XII. Apr. MDCCIC. Publice ... Exhibet Panaiota Nicolaides, Epirota

1799.

Halis Magdeburgicis : typ. Jo. Magd. Gebaueri

Cote : 90957 t. 99 n° 10-11

ANTYLLI, ^{10 et 11}

VETERIS CHIRURGI,

TALAEIPANA,

CONSENSU

FACULTATIS MEDICAE HALENSIS,

UT

SUMMOS IN ARTE MEDICA HONORES

LEGITIME ACQUIRAT,

PRAESIDE

CURTIO SPRENGEL,

MEDIC. ET BOTAN. P. P. O.


D. XII. APR. MDCCCIC.

PUBLICICE VENTILANDA EXHIBET

PANAIOA NICOLAIDES,

EPIROTA,


SOC. SYDENHAM. SODALIS.



HALIS MAGDEBURGICIS,

TYP. JO. JAC. GEBAUERI, MDCCCIC.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10



ΤΩ
ΣΟΦΟΛΟΓΙΩΤΑΤΩ ΔΙΔΑΣΚΑΛΩ
ΤΗΣ
ΕΝ ΒΟΥΚΟΡΕΣΤΙΟΙΣ ΣΧΟΛΗΣ
ΚΥΡΙΩ ΜΟΙ ΚΥΡΙΩ
ΛΑΜΠΡΩ ΦΩΤΙΑΔΗ
ΤΩ ΕΞ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ
ΤΩ
ΕΥΕΡΓΕΤΙΚΩΤΑΤΩ ΜΟΙ ΘΕΙΩ

ΤΟΥΤΙ ΤΟ ΒΙΒΑΙΔΙΟΝ ΑΝΑΤΙΘΕΤΑΙ

TO
 ΣΑΛΥΣΑΔΙΣ ΣΤΑΤΩΛΟΛΟΓΟΣ
 THE
 EN VOTKOPETIOE EKONHE
 KYPIS MOI KYPIS
 ΛΑΜΠΡΩΦΩΤΙΑΝ
 TO ΕΞΙΝΑΙΝΩΝ
 TO
 ΕΥΡΕΤΙΚΤΑΤΩ ΜΟΙ ΘΕΩ
 ΤΟΤΙ ΤΟ ΒΙΒΛΙΟΝ ΑΝΑΓΕΤΑΝ

DE
A N T Y L L O.

Προδιόκησις.

I.

Plurimorum inventorum nomina perierunt, aliorum prisca antiquitas fabulis deformavit et commentis anilibus. Eo vitio laborat maxime medicinae historia, non antiquissimorum solummodo temporum, sed ferioris etiam aetatis, quae *Galenum* sequebatur. Is enim solertia insigni merita majorum suorum memoriae tradidit, etiamsi fides et candor ipsius quandoque in suspicionem vocentur. Hactenus tamen immensa, quam ex auctorum cujusvis generis lectione, assidua retulit, messis nobis etiamnum prodest, ut artis nostrae fata nequaquam signare neque enumerare possimus, nisi ex ipsius libris, tanquam e genuinis hauriamus fontibus.

2.

Similis vero virtutis aemulum *Galeni* posteritas nullum nobis sistit, qui nimirum majorum suorum merita scriptis mandaverit. Nimis certe adstricti fuerunt, qui ipsum exceperunt, veterum doctrinae, verbötenus saepius eos describentes, meritumque id quantulumcunque sibi vindicantes, ut majorum monumenta, temporum injuria deperdita, nobis reliquerint. Hinc ortum est, quod, licet plurima supersint auctorum, qui *Galenum* sequuntur, fragmenta, nullum fere eorum

A 3

certae

certae cuidam aetati aut regioni adscribendum invenimus. Plurimi profecto, qui inter *Galenum* et *Paullum Aeginetam* aut *Aëtium Amidenum* vixerunt, Romae sive in aliis Italiae urbibus floruisse videntur, quum medici fere omnes, qui romano imperio circa ea tempora infervierunt, Graeci fuisse videantur.

3.

Antylli autem aetas tum e scriptoribus divinanda est, qui eo usi sunt, tum e variis locis, quae posteritas ejus nobis servavit, quibus ludos gymnasticos ita describit, ut ad florentissima romani imperii tempora referendus esse videatur. Quum *Galenus* eum nusquam, *Oribasius* vero innumeris nominet locis, serioris vero temporis scriptores jugiter eum ponant medium inter *Galenum* et *Oribasium*, his etiam temporibus adjudicandum eum esse arbitror. *Diocletiano* igitur aut *Constantino* primo aequalis tempore fuit.

Diocletiani vero potius aetati quam alii accensendum esse nostrum, efficitur inde, quod alienum eum videmus ab omni prioris aevi superstitione ac a commentis scholae Alexandrinae, quae Platonismum restituere orientaliq[ue] pseudo-philosophiae jungere studebat. Simili fere superstitionis contemptu inclaruerunt *Philagrius* et *Posidonius*, *Valentis* imperatoris coevi. Is enim, cum pharmacorum quorundam compositionem fieri barbaricis pronunciatis verbis, dixisset, addit, superfluum hoc sibi videri et indecorum ^{a)}! *Posidonius* vero, dum de incubo loquitur, daemonem eum esse negat, sed magis praeludium aut prooemium morbi comitialis aut insaniae aut syderationis habet. Eodem fere modo *Antyllus*, superstitione cujusvis generis spreta, rationi congrua ubique praecepta exhibet. *Diocletiani* enim temporibus prohibitum fuit, cuius adhaerere superstitioni, quae Alexandrinam saperet scholam. Astrologiae usum et magiae, ut et librorum improbatæ lectionis penitus interdixit imperator, arbitrio suo dominans ^{b)}. Comhuri iussit aegyptiacos libros omnes, qui de chrysopea aliisque magicis artibus tractabant ^{c)}. Ei legi adstricti, qui scholis praeerant, abstinerunt, multae indictae metu, ab omni doctrina, quae superstitioni aut magiae nitebatur, ut vera scientiarum ratio magis perfici posset.

4.

Sufficit de aetate. Libri, quos reliquit, plerique perierunt, sicut et plerorumque ejus aevi auctorum, e. g. *Leonidae*, *Magni Ephesii*, *Magni Antioche-*

a) *Aer.* tetrab. III. serm. 4. c. 42. col. 607. coll. *Stephan.* 2. *Id.* tetrab. II. serm. 2. c. 12. col. 255.

b) *Sprengels* Gesch. der Arzneyk. Th. II. S. 134.

c) *Ib.* p. 154.

tiocheni, *Zenonis* Cyprii, *Philagrii*, *Posidonii*. Et singularis quidem fors fuit, quod libri, qui peculiari modo artem medicam tractarent ac vere augeant, deperditi sint, superstitibus iis, qui nil nisi farraginem ex aliis auctoribus collectam continent: e. g. *Aëtio*, *Oribasio* aliisque. Duae ejus causae potissimum probabiles videntur, quarum prima inertiam et segnitiam ejus aevi complectitur, quae fontes adire nollet, sed rivulis aditu facilioribus contenta esset; altera vero quaerenda est in ipsa compilatorum injuria, qui, quo melius plagium absconderent, delevisse fontes, aut interitum librorum saltem non praevertisse consulto videntur. Destructo Serapeo, *Theodosii* imperatoris jussu ^{d)}, incendiis copiosis, Constantinopolin devastantibus, bibliothecam inprimis a *Juliano* imperatore locupletatam consummentibus ^{e)} deletum est, quidquid supererat e prioris aevi monumentis.

Antylli autem, quae supersunt, exstant tum in bibliotheca Vindobonensi, tum in Medicea. In illa servatur fragmentum pharmaceuticum de compositione emplastrorum et unguentorum ^{f)}, idem quod et *Paullus Aegineta* ^{ff)} et *Oribasius* ^{g)} descripserunt.

In Medicea vero exstant aliqua e libro de *clysmatibus* et de *victus ratione* ^{h)}.

Reliqua nobis servarunt *Oribasius*, *Aëtius*, *Paullus Aegineta*, *Nicetas*, *Stobaeus*, *Avicenna* et *Rhazesus*. Excerpta autem sunt e libris de *auxillis*, de *remediis externis*, de *remediis evacuantibus* et de *febris*.

5.

Haec vero fragmenta numerosa insignis momenti instar habent, tum experientiae ditissimae, tum eruditionis, tum ingenii auctoris amplissima documenta. Maximam vero attentionem chirurgica ejus praecepta merentur, quippe quae, a nemine majorum ipsius accepta, solidam *Antylli* nostri cognitionem commonstrant, variaque complectuntur, quae nuperorum temporum inventa perperam credita sunt. Tempestivum itaque est, *διασκευὴν* hujus commentarioli juxta doctrinae medicae varias partes instituere, praemissis iis, quae pathologiam et victus rationem complectuntur, tum vero addendis, quae ipsam morborum curationem et manus auxilia attinent.

II.

d) *Ammian. Marcellinus* lib. XXII. c. 16.


e) *Hyne* de interitu operum artis priscae in *Commentat. soc. Götting.* vol. XII. p. 273. f.

f) *Lambec. biblioth. Caesar. Vindob.* lib. VI. p. 236.

ff) Lib. VII. c. 17. p. 283. (ed. Basil. graec. 1538.)

g) *Synopf. ad Eustath.* lib. II. c. 61. p. 59. interpret. *Rasari.* (8. Basil. 1557.)

h) *Bandini bibl. Medic.* lib. III. p. 151.



II. Pathologica et Diaetetica.

6.

Primum vero *Antylli* nostri fragmentum pathologicum diagnofin hydrocephali docet, quod cum in rariori libro exftet ¹⁾, totum eum locum describere commodum duximus: Τὸ ὑδροκέφαλον γίνεται πάθος, ἀφυῶς τῆς κεφαλῆς θλιβομένης ὑπὸ τῶν μαιῶν, ἔτι νεογενῶν ὄντων τῶν παιδιῶν. Παρακολουθεῖ τοῖς ἐν τῷ πάθει ὄγκος πολὺς προμήκης περὶ τὴν κεφαλὴν, αἰσχος οὐκ ὀλίγον παρεχόμενος. Διαφοραὶ δὲ τῶν ὑδροκεφάλων εἰσὶ τρεῖς, ἢ γὰρ μεταξὺ τοῦ δερμάτος καὶ τοῦ περικρανίου, ἢ μεταξὺ περικρανίου καὶ τοῦ ὀστέου. ἢ μεταξὺ τοῦ ὀστέου καὶ μῆνιγγος· μεταξὺ γὰρ μῆνιγγος καὶ ἐγκεφάλου συστήναι ὑγρὸν ἀδύνατον, φθαρεῖν γὰρ ἂν πρότερον ὁ τοῦτο παθὼν, πρὶν τὸ ὑδροκέφαλον συστήναι πάθος. Σημεῖα δὲ τῶν μεταξὺ τοῦ δερμάτος καὶ περικρανίου τὸ ὑγρὸν ἐχόντων, τοιαῦτα ἐστίν. Ὀγκος εὐαφῆς, ὁμόχρους, ἀναλγῆς, εἰς ὕψος κεκυρτωμένος, ἡρέμα δι' ὀλίγου σώματος ὑποπίπτων, κατὰ τὴν ὑπέρεσιν τῶν δακτύλων ῥαδίως ὑπεύων τε καὶ ἀντιμεθιστάμενος.

Εἰ δὲ μεταξὺ περικρανίου καὶ ὀστέου συσταίῃ τὸ ὑγρὸν, τὰ μὲν ἄλλα ὁμοίως παρακολουθήσει, ἀλγημάτων δὲ μᾶλλον ἀντιλήμψονται οὗτοι, καὶ ὄγκος αὐτοῖς ἥσσον διακηγήσει καὶ ἀντιμεταστήσεται βραδύτερον καὶ τὰ ἐπεστορεσμένα σώματα πολλὰ τοῖς ἐπαφομένοις ἀπαντήσεται. Εἰ δὲ μεταξὺ μῆνιγγος καὶ ὀστέου τὸ ὑγρὸν συσταίῃ, ὄγκος μὲν ἔσται, τὸ γὰρ ὀστέον ἔτι ἰάπαγες ἐπὶ τῶν νηπίων ἐστίν, καὶ εὐκίνητον καὶ εὐθλαστον ὃν ἐπεπταθήσεται ῥαδίως, καὶ στερεὸς ὄγκος εὐρηθήσεται καὶ ἐπίωδυνος, καὶ ἐς ὄξυ μᾶλλον ἀνηγμένος. Οἱ τόποι δῆτοι κατὰ μέτωπον καὶ προτάφους στενότεροι ἢ κατὰ λόγον τοῦ σώματος εὐρεθήσονται, συναγομένων τῶν ἐνταῦθα μερῶν, διὰ τὴν εἰς ὕψος ἀνάτασιν, περὶ τ' ὀφθαλμοὺς μαρμαρυγαὶ καὶ σικαρδαμυγοὶ τούτοις παρακολουθήσουσιν.

Εἰ δὲ συσταίῃ μεταξὺ μῆνιγγος τε καὶ ὀστέου τὸ ὑγρὸν, μὴ προώσειεν δὲ μὴδὲ κυρτώσειεν τὸ ὀστέον, ἀλλὰ διαστήσειεν τὰς ῥαφὰς, ἀνελεύσεται μὲν τὸ ὑγρὸν, καὶ εὐρεθήσεται μεταξὺ περικρανίου καὶ ὀστέου. Σημεῖα δὲ τὰ μὲν ἄλλα παρέψεται τὰ αὐτὰ, ἅπερ εἶχεν ἢ μεταξὺ περικρανίου καὶ ὀστέου σύστασις, τὰ δὲ ἀλγήματα τούτοις, ὧν αἱ ῥαφαὶ διέσταν, μείζω παρακολουθήσει. Ἰδία δὲ καὶ ἐξάρετα, ἐπὶ τούτων εὐρεθήσεται σημεῖα δύο, τότε θλιβομένου πάντοθεν τοῦ ὄγκου τὸ ὑγρὸν ἔλασσον φαίνεσθαι, ὡς ἂν καταδύμενον διὰ τῆς διαστάσεως τῶν ῥαφῶν, εἰς ἐκεῖνο τὸ χωρίον, ὅθεν ἐπανῆλθεν, καὶ τὸ τὴν χεῖρα ὁμαλῶς παραγομένην ἐπὶ τοῦ ὄγκου κατὰ τινα μέρη οἶον κενεμβρατεῖν, τοῦτ' ἐστὶν κατ' ἐκεῖνα, κατ' αὐτὰς διέσταν αἱ ῥαφαί.

7.

1) *Nicer. collect. chirurg. veter. c. 79. p. 121. f. ed. Cocchi. (fol. Florent. 1754.)*

7.

Ex eo loco apparet, *Antyllum* discrimen inigne statuere inter colluviem aquosam, quae varia occupat cerebri integumentorum interstitia, excepto fere eo loco, qui meninges interest et cerebrum ipsum, ubi nullum humorem posse salva vita effundi autumat. Eandem sententiam profert *Leonidas* Alexandrinus ^{k)}, qui de ceteris quoque cum *Antyllo* consentit. Quae quidem opinio quamvis nuperis, *Morgagnii* ^{l)} maxime, observationibus copiosis confutari videtur, congruit tamen quadantenus cum *Weikardi* effato, hydrocephalum omnem internum potius in mortis articulo contingere, morbique praegressi vehementia produci, quam quod causa morbi esse possit ^{m)}.

Inter cranium vero et duram matrem, inter pericranium et calvariam, imo inter pericranium et capitis integumenta, non raro humores aquosos effundi, experientia confirmat *Gredingius* ⁿ⁾, quanquam signa haudquaquam eadem adesse videantur, quae *Antyllus* indigitat.

Causa vero, quam solum accusat, laesionem nimirum capitis in partu, confirmatam a *Stollio* ^{o)}, ejusmodi est, ut speciem hydrocephalorum, quam intelligit, ilico prodit. Est enim hydrocephalus externus recens natorum, integumenta capitis sola offendens, qui vel congenitus partum insigniter retardat, vel in ipso partu a rudi capitis compressione oritur, de quorum utraque specie consulendi sunt *Steidelius* ^{p)} et *Murfinna* ^{q)}.

8.

Altera pathologica observatio *Antylli* servata est a *Rhazeo* ^{r)}. Versatur autem in febris diariae ortu ex apostematibus, maxime bubonibus inflammatis; hanc potissimum nocturnam esse expertus est et frigore orbam, calore autem utplurimum incedere. Ultimam hanc animadversionem *Galenus* jamiam fecerat ^{s)}, confirmat autem *Forestus* ^{t)}.

Deinde

- k) *Aes. tetr. II. ferm. 2. c. 1. col. 243.*
 l) *De sedib. et causis morb. ep. V. 19. VI. 12. VII. 6. 13. 15. VIII. 6. 9. 11. IX. 3. X. 11. XI. 6. 11. XVI. 36. 40. etc.*
 m) *Weikard's verm. Schriften, Th. I. S. 500.*
 n) *Verm. Schrift. Th. II. S. 92.*
 o) *Praelect. in morb. chronic. tom. I. p. 289.*
 p) *Samml. verschied. Beobacht. Th. III. S. 119.*
 q) *Medic. chirurg. Beobacht. T. I. S. 300.*
 r) *Contin. lib. XVII. c. 5. p. 356. b. (fol. Vener. 1506.)*
 s) *Galen. de cris. lib. II. p. 412. (ed. graec. fol. Basil. 1538.)*
 t) *Observ. lib. 1. c. 6.*

B

Deinde legimus anni tempora eum et diei cum mensis temporibus ita comparasse, ut ver simile sit matutino tempori et primae lunae phasi, aestas meridiei et plenilunio, vespera autumnus et ultimae lunae phasi, nox vero hiemi et novilunio. Hic quidem antiquissimus mos, tempora anni, diei et mensis cum quatuor aetatibus humanis componendi, a Pythagoraea inde schola derivandus, ab Hippocrate variis locis servatur. Inde etiam ipse Antyllus Hippocratis auctoritate utitur loquens quem Stobaeus habet, ut hanc aetatum et anni temporum comparisonem confirmet, et Plato testatur, Hippocrateos medicos hoc sensu universum cum corpore humano perpetuo composuisse. Inde etiam posteriores septenum numerum in omnibus naturae operibus anxie scrutantes, superstitionem hebdomadam in corporis animalis vicissitudinibus efficaciam statuerunt, exemplis Aristidis Samii, Strattonis Lampfaceni, Philonis Judaei aliorumque.

9.

Idem Antyllus memorabilem nobis reliquit divisionem, qua anni tempora singula in suas diremit portiones, videlicet primam, mediam et ultimam. Portionem mediam habere εὐκρινεστάτην τῆς ὥρας κράσιν, primam vero et postremam temporibus sibi vicinis similiores fieri. Etenim veris primam partem magis humidam, minusque calidam, mediam calidam et humidam ex aequo, postremam calidiorum esse quam humidiorum. Eodem modo dispescit etiam cetera anni tempora, quae quidem divisio feriores redolet aetatem, quum priscis Hippocratis temporibus non quodvis anni tempus, sed solam hiemem tripartitam fuisse, Cl. Praeses jamjam ostenderit.

Eodem loco Antyllus aëris differentias, earumque efficaciam in corpus humanum. Frigidum aërem facere εὐσαρκίαν καὶ εὐτροφίαν καὶ πιμελήν, hujusmodi est videre incolas regionum septentrionalium. Morbis acutis gignendis satis parem non esse, sed eo magis diuturnos producere, velut tabem, cachexias et articulorum morbum. Calidus vero aër σωματικὸς καὶ ἰσχυαίων τὰ συγρίματα, fanis vero magis εὐκρινεσίαν tribuere et εὐτονίαν: in morbis autem facile tentare vires, ner-

vis

u) Oribaf. collect. lib. IX. c. 3. 4. p. 386. 387. ed. cit. — Stobaei sentent. XCIX. f. 473. b. 475. b. (fol. Tigur. 1543.)

v) Hippocr. Aphor. III. 18.

w) Phaedr. p. 211. ed. Basil. graec. fol. 1534.

x) Gell. noct. attic. lib. III. c. 10. p. 92.

y) Macrob. comment. in somn. Scipion. lib. I. c. 6, p. 28. (ed. Gronov. 8. Lond. 1694.)

z) De mundi opific. p. 26. ed. Mangey.

a) Stob. I. c. f. 473. b.

b) Sprengels Apolog. des Hippocr. Th. II. S. 513.

vis et pectori conducere, reliquis vero partibus non satis utilem esse. Praeterea interesse plurimum, aër crassior sit an tenuior; illum enim servare et continere vires alioquin facile dissipandas, tenuem vero maxime salubrem esse. Has aëris qualitates praestantissima saepius praebere remedia, omnemque igitur mereri medicorum attentionem e). Praetereunda haec *Antylli* monita haudquaquam esse videntur, quamvis nimis generatim pronunciata; melius enim et cautius jam *Hippocrates* aëris effectus ad varias hominum constitutiones dijudicavit d).

10.

His vero superstruit diaetetica praecepta, quae, licet quoque nimis καθ' ὅλου prolata, pluribus tamen proderunt constitutionibus. Loca edita praedicat, tanquam ventis probe perspirata, omnibus conferre pectoris adfectibus et capitis, cunctisque sensuum organis. Humiles vero locos commodos esse διαφορουμένους καὶ συγκοπτομένους, i. e. qui soluti sunt et animam deficiunt, tum etiam senibus. Maritimos hydropticis et rheumaticis expedire, item, ubi ficcare, calefacere aut aperire meatus oportuerit. Mediterraneos frigidiores esse maritimis, et ad morbos acutos utiliores, nisi palustres aut valles oclusae fuerint: palustres enim ut semper malos, ita aestate pestilentes esse. Petrosos aestate nimium concipere calorem, frigus vehementissimum hieme, non male tamen sanitati conferre. Peiores habet locos fluviis adjacentes, lacunosos et metallifodinis vicinos. Argillofos stomachum resolvere, cum vaporem emittant ἐκλυτον e).


Ex his vero monitis efficere temerarium haudquaquam videtur, *Methodicae* sectae nostrum addictum fuisse, quod ad constringendos aut resolvendos corporis meatus ubique consilium transferat: quod quidem etiam colligi licet ex ἀκριβείᾳ, qua victus rationem aëris qualitatibus meliorem reddere conatur f).

Oribasius his praeceptis subnectit alia ex eodem *Antyllo*, quae domuum et tabulatorum rationem complectuntur. Quae ad terram sunt domus, conferunt febricitantibus et συγκοπτομένους, aut qui sanguinem rejiciunt et capitis doloribus vexantur: tabulata vero superiora apta sunt iis, qui colluviem pituitae in thorace patiuntur. Laudat deinde sublimes domus et amplas et quae versus aquilonem structae sunt; pessimas esse, quae occidentem, meliores quae orientem spectent. Laudat domus e lateribus constructas, taxat, quae calce oblitae sint, quippe quae sensus offendant: carpit etiam parietes picturis distinctos, cum absurda visa excitent et insaniam febrientibus adferre possint g).

B 2

Alibi

c) *Stob.* I. c.d) *Aphor.* III. 3. 4.e) *Stob.* I. c. f. 474. b. — *Oribas.* lib. IX. c. 11. p. 392. f.f) Cf. *Cl. Praefidis histor. medic.* vol. II. p. 32.g) *Oribas.* lib. IX. c. 13. p. 396.



Alibi *Antyllus* de ventorum efficacia in corpore nostro loquens, ita eos tractat, ut ubique ad regiones respiciat, e quibus oriantur, et boream quidem saluberrimum, eum vero, qui e paludibus proveniat, perniciosum habet ^{h)}).

II.

Quanta solertia et ἀκριβεία *Antyllus* praecepta diaetetica in libris de auxiliis exhibuerit, non ex his solum, sed e sequentibus manifestum est. De decubitu aegrorum uberius loquens, in acutis morbis necessarium fere semper esse, in diuturnis vero non nisi accessionis tempore, perhibet. Sublimis decubitus prodest iis, qui capite laborant, exceptis phreneticis, qui humilem decubitum facilius ferant. Iis, qui thoracis adfectibus laborent, sublimem quoque decubitum commodum esse, in dysentericis vero et coeliacis humiliorem et magis ad ilia inclinantem. In gonorrhoea, satyriasi et renum doloribus satius esse in utrumvis latus decumbere quam supinum praeferre decubitum. Quorum laesa est digestio, melius se habere, dum in sinistrum latus cubent, circumfundi enim stomachum jecore, adeoque promoveri concoctionem ⁱ⁾).

Sequitur de somno et vigilia fermo. Illum remittere, quae tensa sint, molliore, quae dura, tundere cohaerentia, inaequalia ad aequalitatem perducere, animi perturbationes et fluxiones humorum sistere. Vespertinum somnum suapte natura esse pessimum: verum post mediam noctem et praesertim circa diluculum permittendum esse continuum somnum ^{k)}. Vigiliam vero languorem dissolvere, gravitatem dispensare, resoluta corrigere, robur naturae et animo adungere, sudores cohibere. Iis vero, qui ex medicamento purgantur, ut usque ad perfectam purgationem vigilent, imperandum esse: post sumtum etiam cibum, itemque in accessione et ante accessionem vigilandum esse. Inducuntur autem vigiliae frictionibus durioribus sine pinguedine, maxime si ex lineis pannis crudis obeantur; unguinaeque conveniunt, quae acriora sunt, quae nitrum aut euphorbium, aut λιμνῆσιν ^{l)}, aut cachry, aut cardamomum, aut pyrethrum, aut uvam Taminiam, aut granum Cnidium, aut sinapi excipiunt. Inter alia auxilia, quibus somnus arceri possit, recenset etiam spectacula, quae si adhibeantur, nil incommodi oriri ^{m)}.

12.


h) *Ib.* c. 9. p. 391.

i) *Ib.* lib. VI, c. 1. p. 189.

k) *Ib.* c. 5. p. 192.

l) Ἀδάρεκη, ἀδάρεκος etiam dicitur, est vero sal marinus calamis et ulvis ad maris litora adnascens. (*Galen.* de simplic. medic. facult. lib. XI, p. 151.)

m) *Oribas.* I, c. 6. p. 193.



12. *Sermocinationem* iis auxiliis adnumerat, quibus somnus arcetur; incommodam autem esse, cum vires frangat, sitim inducat et linguam ficit. *Vociferationem* praeprimis commendat ad calorem augendum, robur corpori addendum, vocem emendandam: convenire etiam stomachicis, et quorum laesa est digestio, quibus pituita redundat in corpore, et mulieribus praegnantibus pica vexatis. Capiti vero obnoxiam esse. Qui vociferaturus sit, debere fricari, purgari et leniter obambulare, tum protinus sensum loqui ac per intervalla mediocria. Is qui doctrinae expertus est, vociferando dicat, quorum meminerit, quae clara esse et multas habere lenitatis et asperitatis mutationes videantur. Sin autem versus sciat, jambicos dicat, et tertius locus elegiae detur, quartus modulis numerisque: qua in re praestat etiam memoria recitare, quam legere. Inprimis autem vociferandum est, vocem quam gravissimis fieri potest sonis producendo, tum ad acutissimos eandem redigendo, deinde cum non multum in acutis permanens sit, retro vicissim paullatim reflectendum, vocem diminuendo, donec ad gravissimam, a qua ductum initium est, revertatur.

Quam quidem vocis exercitationem omnium praeceptorum ad sanitatis tutelam et conservationem efficacissimam esse usu et experientia se didicisse adfirmat. Id auxilium a nullo majorum ipsius adhibitum, nostrisque temporibus parum usitatum, quam ratione agat, deinde inquit: opitulari autem tum spiritu attracto copioso, tum muscibus omnibus suavi modo exercitatis. Hinc vocis exercitationem eo potissimum nomine omnibus gymnasticis motibus praefendam esse ducit, quod meatus aperiat et rariores faciat, unde carnem fieri obsequentem et ad omnem actionem maxime tractabilem; ex aliis vero exercitationibus reddi resistentem, duram et aegre sentientem. Ideo fieri, ut idiotae et plerique athletae ingenio sint stupido tardoqueⁿ⁾. Quae omnia lectu maxime digna uberius hic enarrare vetamus.

13.

Egregia quoque fragmenta *Antylli* de exercitationum aliis speciebus nobis *Oribasius* reliquit.

Primum vero genus, quod tractat, est *deambulatio*, quam vel auxilii vel recurationis gratia suadet. Igitur deambulare auxilii causa censet in affectibus capitis et ventriculi, in defectu menstrui fluxus, et alvi obstructione: expedire ambulationem iis omnibus, quibus necesse est, aut a superioribus partibus ad inferiores aliquid defluere, aut ubi, quae ad inferiores partes propensa feruntur, excernenda sunt. Apotherapeutica vero deambulatione utitur,

B 3

post

n) *Ib.* c. 7 — 10. p. 194 — 201. Cf. *Gutschmuths* *Gymnastik für die Jugend*, S. 583. (8. Schneepfenth. 1793.)

post graves exercitationes, purgationes et vomitus copiosos. Ea debet initio quiete, deinceps vero vehementius institui, et cursus vicissim remitti, quantitas autem e virium ratione dijudicetur. Verum, quae recurandi causa inicitur, pauca et placide administrata et quieta, animi corporisque effusione conjuncta esse debet: ex quo fit, ut quietae deambulationes imbecillioribus convenient, ut et iis, qui e pafu aut fomno deambulant et parte quavis dolent. Quae vero cum crurum intentione aut calcibus incumbendo fiunt, capiti male adfecto esse maxime commodas, itemque thoraci humidiori et utero convulso et purgationi suppressae, et omnino, quibus materia sensum rapit et furit. Acclives obambulationes thoraci conferunt, declives potissimum humores versus inferiora trahunt. Inaequales utiles sunt iis, qui cito deambulando fatigantur; quae loco aspero fiunt, caput replent: quae in arena et praesertim profunda, efficacissimae sunt ad omnes corporis partes firmandas et humores versus inferiora detrahendos: quae in pratis exercentur, blandissimae sunt, nihil omnino sensus tentant, nihil commovent, sed caput tamen implent, cum propter odoris suavitatem, tum propter humiditatem. Quae sub borea fiunt, tussies excitant, thoracem laedunt, sensuum tamen integritatem adferunt; quae sub austro, caput replent, sensuum instrumenta hebetant, alvum molliunt: quae zephyris spirantibus, praestant ceteris omnibus; deteriores, quae sub apheliote. Matutinas deinde praefert et quae sereno coelo et sub arboribus fiunt, iis, qui vespertino tempore, nubilo coelo et ad lacuum aut fluviorum ripas exercentur ^o).

Per loca deinde sima ingredi, spiritum roborare et corpori faciles parere flexiones, ac praesertim vim cruribus addere ^p).

14.

Cum *cursus* sit ambulatio vehemens et concitata, inter vehementes numeratur exercitationes: valet autem ad corpora calefacienda, appetitum revocandum, stomachum firmandum, et defluxiones evocandas. *Antyllus* adhibuisse se id auxilium in renum morbis et seminis profluvio testatur. Profuisse quoque observavit ischiadicis, iisque, quorum viscera torquentur, et qui fungos esitarunt, aut a scorpionibus icti sunt. Distinguit quoque cursum versus anteriora ab eo, qui posteriora spectat, et ab eo, qui in orbe fertur ^o).

Accedit ad *gestationem*, quam mediam esse inter motum et quietem, placidissimam ideo et utilissimam exercitationem iis praesertim, quos vigiliae exercent: fomnum enim ea conciliari, digeri excrementa et corpori robur addi. Gestatio autem

o) *Ib.* c. 21. p. 219 — 222.

p) *Ib.* c. 35. p. 282.

q) *Ib.* c. 22. p. 222.

fit vel in lectica; quae expedit febricitantibus et qui longo morbo aut purgationibus defatigati sunt: his etiam lectulus pensilis utilis est. In sella vero stratos gestamus lethargicos maxime aut febrientes; qui vero febre expertes sunt, in cathedra non tecta commode gestantur. Quae in vehiculo fit, vim habet amoliendi commoventique morbos stabiles et permanentes: quae vero in navibus fit, vim habet elleboro similem et commoventem ^r).

Equitationi exiguum esse usum in aegrotantibus. Nam, si placide equus gradiatur, nihil magis quam lassitudinem afferri: si vero vehementer impellatur, aliquid utilitatis adduci, siquidem plus quam omnes aliae exercitationes corpus et stomachum firmare et sensuum organa acutiora reddere; sed thoraci esse infensissimam hanc exercitationem ^s).

15.

Alia adgrediens exercitationum genera, primo loco loquitur de *κρηλασία*, seu orbis impulsu. Orbem parare jubet minorem hominis statura, ut ejus altitudo mammas usque perveniat, neque solummodo recta impelli, sed etiam *κατὰ πεπλανημένον*: esto elater ferreus, ansa lignea instructus: nonnullis superfluos videri parvulos anulos orbi circumpositos, sibi vero non ita, cum sonitus eorum voluptatem animo pariat ^t). Hoc modo descriptus ludus gymnasticus cum eo consentit, quem in Germania vocant *das Reistreiben*; de quo vide *Mercurialem* ^u) et paedagogum recentiore ^v). *Antyllus* vero commendat id exercitationis genus, ut corpus firmum et flexile reddatur, ut nervi firmentur et molliantur intenta corpora. Tempus autem accommodatum esse ante pastum et balneum.

Natationem paucis tantummodo morbis diuturnis aptam esse, cum caput offendat: potest autem gracile reddere corpus, firmare, calefacere: prodest itaque, maxime dum in mari instituitur, scabiosis, leprosis et qui ex alimentis fructum non capiunt. Cavendum tamen, ne quis in dulcibus aquis diu natet, prius autem corpus inungendum et frictionibus calefaciendum ^w).

16.

Continuo transit ad luctatorias artes, quas *πάλαιστρας* nomine comprehendisse veteres *Mercurialis* docet ^x). Generatim quidem *Antyllus* vehementem luctam

r) *Ib.* c. 23. p. 223. f.

s) *Ib.* c. 24. p. 225.

t) *Ib.* c. 26. p. 226.

u) De arte gymnastica, lib. III. c. 8. p. 161. (4. Venet. 1601.)

v) *Gutsmuths* Gymnastik für die Jugend S. 464. 465.

w) *Ib.* c. 27. p. 227. Cf. *Mercurial* lib. VI. c. 12. p. 304.

x) De arte gymnast. lib. II. c. 8. p. 102.



luctam commendat ad firmandos musculos, corroborandas actiones, sensus acueridos, tumores omnes et pinguedinem dissipandam. Placida vero palaestra multam carnem parari, unde suadenda est iis, qui sese reficere incipiunt y). Συμμάχιστον deinde, sive *umbratile certamen*, humeros firmare, nervorum imbecillitatem corrigere, utilem esse renibus et thoracis adfectibus. Satius vero esse, cruribus simul quam manibus solis pugnare, interdum tanquam salientes, interdum vero tanquam calcibus caedere z). In eo consentit cum *Galeno*, qui umbratile certamen eodem nomine laudat a). Egregie autem *Mercurialis* b) animadvertit, pugnam adversus hominem multo insignius robur augere et corpus exercere.

Inter choream et umbratilem pugnam media interjecta est gesticulatio, sed ad umbratilem pugnam propius accedit: pueris, mulieribus, senibus, et quorum corpus mirum in modum gracilefcit et imbecillum est, confert.

17.

Choreae tres species recenset *Antyllus*, quarum prior est exsilitio, secunda orchestica, tertia sphaeristica. Κυβιστικὴν vero, quam varii auctores addunt, ubi in caput saltabatur c), noster omittit, quippe saluti magis obest, quam proficua est.

Exsilire vero est cursui simile, cum in eodem loco corpus maneat, crura continuo movendo et flectendo, cui similis est Lacaenarum mulierum saltatio ad nates, cum crura alternatim flecterent, ut calcibus nates peterentur. Id exsilire commodum ducit *Antyllus* diuturnis capitis et thoracis morbis, et crurum imbecillitati: saltationem vero ipsam defectui menstruorum et haemorrhoidum d).

18.

Sphaeristicam choream uberius et disertius describit et praedicat ad robur corpori addendum et vires exercendas. Haec vero ars, Homeri jamiam temporibus vulgaris, posterioribus saeculis, miram acquisivit varietatem, ita ut in gymnasiis σφαιριστήριον singulare distingueretur, praefectusque σφαιριστικός his ludis praeesset. Sphaeristica autem artis, seu pilae lusus quatuor potissimum genera apud antiquos Graecos fuisse, ex hoc *Antylli* loco discimus:

1. Μεγάλη σφαίρα: magna pila, qua homines manibus altius quam humeris servatis, summis etiam pedibus saepius gradientes, ut brachia eo magis tollere possent,

y) *Oribas.* I. c. c. 28. p. 228.

z) *Ib.* c. 29. p. 228.

a) De sanitate, lib. II. c. 8. p. 240.

b) I. c. lib. V. c. 2. p. 273.

c) *Mercurial.* lib. II. c. 3. p. 82.

d) *Ib.* c. 81. p. 229.

possent, quandoque etiam saltantes, utebantur. Hanc pilae exercitationem praestantissimam esse, et quod corpus sanum et promptum ad motus cum robore conjuncto praestat, et quod aspectum firmat, nec caput replet.

2. Μικρά σφαίρα, *parva pila*, cujus tres numerat species *Antyllus*, quarum *prima* quidem minima homines ita exercebat, ut corpore maxime elato colidentes manus manibus proxime admoverent, quam cruribus aptissimam credit et carni corroborandae. *Alter*a species paullo major, qua cubitos cubitis immiscentes corporibus nec mutuo haerebant, nec annuebant, sed variis modis movebantur et propter varios pilae motus huc illucve digrediebantur. *Tertia* pila vero, quae his major erat, e longinquo ludebant inter se homines, sed in ea stataria pars erat et motoria. Manentes pilam emittebant cum vehementia et continuitate; brachia et oculos juvari ea *Antyllus* perhibet. In motoria vero et brachia et oculos pariter juvari, sed cruribus etiam propter cursum, et spinæ propter inflexiones, quae currendo fiant, commodam esse. Hoc potissimum nomine *Galenus* quoque parvae pilae lufum intense laudat, ob τραχυλισμούς concitatissimos et aliorum musculorum exercitationes validas, ut et ob insignem animi voluptatem, qua imperatoribus gymnastae similes fiunt, unde et Lacones hoc exercitio maxime delectatos fuisse e).

Huic etiam parvae pilae generi adnumeranda esse videtur Φαινίδα aut ἐφετίδα, pilae species, quam *Athenæus* laudat, cujusque inventor traditur *Phaenestius* paedotriba f). Eam parvae pilae speciem et suis Christianis commendat *Clemens* Alexandrinus his verbis: Ἄνδρῶν δὲ οἱ μὲν γυμνοὶ καὶ πάλης μετεχόντων, οἱ δὲ καὶ σφαίρα τῇ μικρᾷ παιζόντων, τὴν Φαινίδα παιδίαν, ἐν ἡλίῳ μάλιστα g).

19.

3. Κενὴ σφαίρα, *inanis pila*, cui etiam folliculo nomen est, aequè exercet ac motoria, in qua curritur, sed tamen non admodum facilis est, neque apta, atque ideo omittenda.

4. Quartum sphaeristicae genus κώρυκον complectebatur, qui pro imbecillioribus κερχράμισι (*grano ficulneo*) aut ἀλεύροισι (*farina*), pro robustioribus vero arena replebatur. Moles vero ejus magnitudini et aetati commoda erat. Suspendebatur in gymnasiis superne et tecto, tantumque a terra distabat, ut ad umbilicum ejus, qui exercebatur, pertingeret. Hanc utraque manu tenentes οἱ γυμναζόμενοι,

primum

e) *Galen. περὶ μικρᾶς σφαίρας γυμνασίου*, p. 302.

f) *Athen. deipnosoph.* lib. I. c. 12. p. 24. (ed. *Schaeffer*. 8. Lips. 1796.)

g) *Paedagog.* lib. III. c. 10. p. 242. (ed. *Sylburg*. fol. Lutet. 1629.)

C



primum quidem quiete, postea vero vehementius gestabant, ita ut ipsum recedentem consequerentur et redeunt cedent, violentia impulsi; postremo vero, cum e manibus emitterent, ut cum reverteretur, vehementius corpori adventu suo occurreret, ad extremum vero in sedem suam saepissime restituendo dimittebant, ut e congressu, si non valde adverterent, retrocederet, ex quo fiebat, ut quandoque manibus occurrerent, dum propinquabat pila, quandoque vero pectore manibus passis, nonnunquam vero iis ad terga revolutis. *Antyllus* autem id exercitationis genus tum ad musculos firmandos, et ad robur corpori toti addendum, tum omnibus pariter visceribus utile credit ^{h)}. In eo consentiunt *Caelius Aurelianus*, qui *choricomachiam* ad *πολυσαρκίαν* commendat ⁱ⁾, et *Aretaeus*, qui *κορυμβολίαν* leprosis utilem habet ^{k)}. Laudat eam sphaeristicae artis speciem quoque *Galenus* ^{l)}.

Accedit deinde *Antyllus* ad aliud exercitium, *ἀλτηροβολίαν*, seu saltationem cum jaculatione ponderum graviorum, quam duram esse exercitationem, carnemque quidem creare, sed stomacho esse pariter infestam ac thoraci et capiti arbitratur ^{m)}. Differentiam autem interesse halteres eam, quod vel extensis et vicissim inflexis manibus projiciantur, vel κρατούνται μόνον ἐν προτάσει τῶν χειρῶν ἡσυχάζουσάν, ὡς τὰ πολλὰ βραχεῖάν τε κίνησιν κινουμένων αὐτῶν τε τῶν γυμναζομένων ἐμβαινόντων καὶ ἀνασειόντων τοῖς πυκταῖς ὁμοίως, ἢ κατὰ σύνευσιν τῆς ῥάχews ταῖς χερσὶ παρὰ καμπτόν τῶν γυμναζομένων. Ex quibus verbis clare indicari putat *Mercurialis* ⁿ⁾, quod licet halteres hujusmodi ex eadem materie ac eadem forma, qua saltatorum pondera esse possent, nihilominus ab illis differrent, quod non modo manibus, ut saltatores, tenerentur, verum etiam variis modis emitterentur. Quae, si autem fuerit halterum forma ac figura, diferte explicat *Pausanias* his verbis: Οἱ δὲ ἀλτῆρες οὗτοι παρέσχοντο σχῆμα τοῖονδε· κύκλου παραμηκεστέρου, καὶ οὐκ ἐς τὸ ἀκριβέστατον περιφεροῦς εἶσαν ἥμισυ. Πεποιήται δὲ, ὡς καὶ τοὺς δακτύλους τῶν χειρῶν διίεναι καθάπερ δι' ὀφθαλμῶν ἀσπίδος ^{o)}. Massas has manibus gestare et jaculari, commodum putat *Caelius Aurelianus* arthriticis ^{p)}, describit vero modum *Galenus* ^{q)}.

Denique

^{h)} *Oribas.* lib. VI. c. 32. 33. p. 230. f.

ⁱ⁾ *Morb. chronic.* lib. V. c. 11. p. 597. (ed. *Ammanu.* 4. Amst. 1755.)

^{k)} *De curat. diurn.* lib. II. c. 13. p. 135. (ed. *Boerh.* fol. Lugd. Bat. 1731.)

^{l)} *De sanit. tuenda*, lib. II. p. 240. f. Cf. *Mercurial.* lib. II. c. 4. p. 86.

^{m)} *Oribas.* l. c. c. 34. p. 232.

ⁿ⁾ L. c. lib. II. c. 12, p. 126.

^{o)} Lib. V. c. 26. p. 116. (ed. *Fac.* 8. Lips. 1795.)

^{p)} Lib. V. c. 2. p. 561.

^{q)} *De sanit. tuenda*, lib. II. p. 241.

Denique *Antyllus* ὀπλομαχίαν seu armorum exercitia describit, veteribus incognita, quae Romani invenerint, ut ad bella paratiores essent. Longam facit ea exercitatio respirationem et corporis firmitatem gignit, mollem tamen et laxam reddit carnem: capiti quoque noxia, tum quia mirum in modum a pileo conteratur et galea, tum quia pondere pressum laboret 1).

III.

Pharmaceutica et Therapeutica.

Quam veterum fere nullus tractavit, emplastrorum ratio atque modus, quo conficiuntur, *Antyllus* uberius nobis exposuit et egregie discrimen emplastrorum constituit. Simplicia enim, quae emplastra ingrediuntur, esse vel terrea et metallica, scoriae, cineres et conchae, vel oleosa; vel liquores aut lacrimae arborum: semina autem et herbas et radices paucis tantummodo excipi. Dividi emplastra in *vulneraria*, quae componantur, dum sanguini sistendo simul inserviant, quaeque, cyparisso, myrrha, asphalto, aloë, lithargyrii et plerisque metallicis. Ἀφουλωτικά emplastra esse siccantia ex aere, flore aeris, ferro, alumine, cadmia, ricino et pumice. Διαφωρητικά e calefacientibus et siccantibus modice, velut aristolochia, thapsia, oleo veteri, opobalsamo, pice, galbano et sale. Mollientia complecti lithargyrium, sebum, medullam, propolim, ammoniacum gummi, storacem, bdellium, mastichen, terebinthinam et althaeam. Siccantia continere sulfur, nitrum, sales, cineres, asphaltum. . . . Oportere autem, quae sanguinem sistere valent, protinus superdari vulneribus recentibus, superimponendas autem esse spongas ὄξυκράτω διαβρόχους: spleniis dein circumligare, quae quovis tertio die solvenda iterum imponenda sint 2). En rarae vulnerum medicationis consilium ante Caesarem *Magatum* et nuperos hujus sectatores injunctum!


Alio loco *Antyllus* uberrime docet, quomodo quoque tempore partes, quae emplastrum constituunt, miscendae sint et coquendae, unde paucula duntaxat excerptere liceat. Sal et nitrum in medio coctionis; sulfur, terram omnem et lapides versus finem injici. Ceram per se non coqui, solam enim aduri, sed nec etiam cum resina, neque enim coire, sed adjici aut oleo puro aut oleoso, aut resinae vel pici ante coctis. Bitumen in initio impositum coquit, ut et propolim; ammoniacum

C 2

niacum

1) *Oribas.* l. c. c. 36. p. 233.

2) *Pauli. Aegin.* lib. VII. c. 17. p. 283.



niacum autem circa mediam coctionem injicit et opopanacem multo post ammonia-
cum: galbanum coctionem neququam ferre, nec semina, radices aut herbas,
quae potius laevigatae et in mortario adhuc subsistentes cum reliquis liquefactis
junguntur ¹⁾.

Unicum tantum exstat emplastrum, quod *Antylli* nomen fert, a *Paulbo*
recensitum ²⁾, e rosis ficcis, alumine aliisque adstringentibus et siccantibus com-
positum.

III

22.

Quod therapiam generalem spectat, insignia merita sibi *Antyllus* acqui-
sit, cum totum librum *περὶ βοηθημάτων* de ea conscripserit. Eum librum singu-
lari auxiliorum divisione incepit. Esse enim eorum quatuor genera. Primum faci-
enda, quae utilitatem *ἐνεργεία* aegroti adferant: deinde sumenda, quae pro cibo aut
potu capiantur. Tertium evacuanda, quae aliquid educendo e corpore juvent.
Quartum transferatur consilium ad τὰ ἔξωθεν προσπίπτοντα, quae vel λεπτομερῆ
sint, velut aër, vel παχυμερῆ, velut terrae et aquae, et balnea, et ἐμβροχὰ καὶ
κατανλύσεις ³⁾.

23.

De his ultimis, balneis nimirum, *Antyllus* iterum unicus fere inte-
veteres uberius loquutus est. Sponte nascentia enim, quae efficaciora habet,
quam arte parata, concipere multas differentias. Vis eorum omnium dicitur
illi exsiccans et calefaciens, unde diuturnis potius morbis quam acutis conveniant.
Quae salis aut nitri facultate praedita sunt, commoda sunt capiti et colluviei aliorum
organorum ferrosae: quae alumen referunt, juvant eos, qui sanguinis profusioni-
bus laborant: quae sulfur excipiunt, nervos molliunt, concretionem calefaciunt,
dolores leniunt et stomachum imbecillum reddunt. In quibus ferri qualitas repe-
ritur, stomacho et lieni male adfectis possunt subvenire. His aquis autem sensim
utendum est, neque subito se iis praecipitandum, quum facile caput vaporibus eo-
rum opprimatur ⁴⁾.

Deinde docet *Antyllus* balnea medicata arte parare, quae vel calefaciant,
vel digerant, vel molliant, vel refrigerent et adstringant. Calidas aquas reddi,
additis et coctis origano, satureia, thymo, panace, lauro, chamaepity et pyrethro:
digeren-

¹⁾ *Oribas.* synopsis, ad Eustath. lib. II. c. 61. p. 59 — 62. (ed. *Rafar.* 8. Basl. 1557.)

²⁾ *L.* c. c. 18. p. 293.

³⁾ *Stob.* I. c. f. 475. b.

⁴⁾ *Oribas.* collect. lib. X. c. 3. p. 434. l.

digerentes, dum addimus sales, nitrum, mel, uvam Taminiam et cineres farnentorum, et sulfur ignem non expertum et baccas juniperi. Mollientia balnea miscentur coctis fœnograeco, malva ac feminibus lini ^{c)}.

24.

Uberrime porro *Antyllus* de remediis evacuantibus, de eorum usu et nominis praecepit. Discimus inde, quonam modo veteres helleborum propinaverint. Exhibuerunt enim vel ramentis rasum, ubi celeriter bilem et pituitam tum alvum tum etiam vomitu educebat, ut quatuor vel quinque horis finita esset purgatio. Tardissime vero agebat, qui pulveris forma capiebatur, ut etiam post quinque quandoque horas inciperet: multiplicem vero hac forma utilitatem adferre adserit *Antyllus*. Aquam, in qua helleborus maduit, conferre credit senibus, iisque qui soluti habitus sunt et laxi et qui facile convelluntur. Drachmas quinque ramentorum, in aquae pluviae heminae atticæ ^{a)} semisse, triduo madescere jubet, tum colo trajici ac in vase duplici calescere, tum denique ita propinari ^{b)}.

Helleborus veterum, seu nostrum *veratrum album*, quum drastica facultate polleat et vehementer stomachum irriteret, sedulo cavet *Antyllus*, ne citius, quam par est, evomatur. Id praestari adfirmat odoramentis adlatis, aqua frigida exhibita, menteque ope lepidae fabellae abducta. Tum vero in lectulo pensilli vomitum ipsum permittit, ita ut primum saliva, deinde cibi, post bilis cum pituita rejiciantur, demum vero alvus concitetur. Ubi singultiunt inter purgandum, melicratum, in quo ruta fit cocta, forbendum jubet. Totum vero corpus aliquo pingui inungit et multa tepida lavat et cibum stomacho idoneum post aliquot horas offert ^{c)}.

Quodsi *ὑπερβάδρασις* vomitu praesertim ex helleboro oriatur, consilia profert *Antyllus* egregia, tum ad vomitum nimium cohibendum, tum ad alia symptomata mitiganda. Vomitum autem cohibet aqua multa frigida in os adsumta, tum cappari ex muria in ore contenta, aut muriae ipsae *μύστρον* ^{d)} uno aut altero in os accepto, vel cucurbitulis dorso aut ori stomachi applicatis. Qui vero alvum dejicere nequeunt, eos scammeo digitis illito celerius saepe ad eum concitari expertus erat ipse *Antyllus*. Aliud quoque auxilium profert, cujus ope vomitus cieri possit. Complectitur id digitalia ex corio Carthagenensi confuta, quae ad

C 3

longi-


^{z)} *Ib.* p. 433.

^{a)} Hemina attica aequat uncias decem.

^{b)} *Ib.* lib. VIII. c. 5. p. 323.

^{c)} *Ib.* c. 6. p. 325.

^{d)} *Μύστρον* aequat drachmas tres, seu cochlear parvum, quo coffeae decoctum sumere solemus.



longitudinem decem aut duodecim digitorum confecta, senum digitorum spatio lana implentur, reliquum vero quod quaternum digitorum est, inane relinquitur, ut digitum indere possimus. Ea digitalia oleo irino tineta in gulam protrudit. Lectulo denique pensili posse eum motum impertiri, qualis inter navigandum occurrit ^e).

Si convellitur aeger ex nimio vomitu, clysmata acria commendat *Antyllus* aut melicratum cum ruta coctum, aut galbani tres obolos ^f), quos deglutiatur aeger ^g). Alia vero praesidia, quae suadet adversus *ὑπερκεθάρσεων* sequelas, minoris momenti sunt, facileque nostrorum temporum melioribus remediis cedunt.

25.

Iis auxiliis, quae humores educunt, adnumerat *Antyllus* et ea, quae mucosores eliminare possunt, *ἀποφλεγματίζοντα* dicta. Ea autem adhibet, dum localia adsunt glandularum aut membranarum muciferarum vitia. Cautè distinguit ab ipsis ptarmicis, quae fortiori modo, convulso corpore agant. Haec vero *ἀποφλεγματίζοντα* in vaporibus potius versabantur, quos Hippocratico more *Antyllus* adducere jubet ^h).

Ptarmica ipsa autem ita administrat, ut per calamum aut syringem acria quaedam, velut elaterium aut cyclaminis succum siccatum inflet ⁱ). In sternutatione enim videtur cum *Galeno μέγιστον ἴαμα κεφαλῆς* videre ^k), unde et sacrificuli adorasse sternutationem dicuntur ^l).

Unicus veterum fere *Antyllus* lacrimas provocare docet, ubi oculi areant, aut sicca scabie vexentur. Collyria autem adhibet, quae acria sunt et odoratu lacrimas proritant, velut sinapi, cepas et filphii liquorem. Exiguum tamen eorum usum esse, libenter fatetur ^m).

Urinam deinde externis remediis ciere docet, nitro, salibusque aqua solutis in glandem penis injectis, ubi resoluta vesica urinam exprimere nequit ⁿ). Sudoriferis remediis potissimum utitur post morbum acutum, ubi cutis superest ariditas, et in morbis diuturnis, qui arida cute et exanthematibus prurientibus nupti sunt,

e) *Ib.* p. 326.

f) *Obolus* aequat grana tredecim.

g) *Ib.* p. 327.

h) *Ib.* c. 10. p. 332.

i) *Ib.* c. 13. p. 334.

k) De causis, sympt. lib. IV, p. 222.

l) *Athen. deipnosoph.* lib. II, c. 25, p. 106. Cf. *Cassanbon.* in h. l.

m) *Oribas.* l. c. c. 14. p. 334.

n) *Ib.* c. 15. p. 335.

sunt, ut et in hydrope, ad educendam aquam. Laudat autem, tanquam idonea ei fini, chamaemelum tritum cum oleo, fefeli Massiliense, pyrethrum, cachry, anisum oleo inspersum, liquorem cyrenaicum (seu asam foetidam) aqua dilutum ^o).

IV.

Chirurgica.

26.

Properandum mihi esse videtur ad ea, quae de manuum et ferramentorum auxiliis meritis *Antyllus* nobis reliquit, cum therapeutica quidem fragmenta minoris momenti plerisque videri possint. Externa autem primo loco auxilia recensere, ac, quae de iis prodidit, colligere mihi sumsi, ut tandem ad gravissimas pateat aditus emendationes, quas ferramentorum applicationi addidit.

Et primum quidem *cucurbitulas* insignis esse usus praecepit contra varios morbos. Leves eas, quae sine scarificatione fiant, in mediocri dolore adhibet, in oppletis vero particulis, quae a corrupta materie vexantur, praecisa eas cute adfigit. Si postea locus, cui cucurbitula adfigitur, ruber fuerit et tumidus, scarificandus erit: si vero nullus tumor speratur, primum est illinendus aut cataplasmate obtegendus. Spongiis quoque fovendae partes, dum sanguis, ob crassiolem indolem ex incisis partibus effluere recusat. Cavendum, ne mammis adfigantur cucurbitulae, namque illapsae cucurbitulis mammae turgescentes magna saepius difficultate avelluntur. Quod si contigerit, vel oleo perfundendae sunt, vel spongiis calida multa imbutis circumdandae, vel etiam perforandae.

Differentias recipit cucurbitularum secundum materiem, e qua componantur, tres; vitreas nimirum, corneas et aeneas. Argenteas rejicit, quippe quae vehementer igniantur. Aenearum esse usum frequentiore; vitreis quoque uti possemus, in quibus sanguinis est consideranda copia: et corneis item in capite, ubi aeneas avulsu difficiles fore cognosceremus, itemque in timidis, qui flamma terrentur. In figura differunt praecipue aeneae: altiores enim magis quam humiliores trahunt: quaeque humiliores sunt, quia non vehementer attrahunt, capiti sunt accommodatiores. Quae plana habent labia, corporibus latis; quarum labra vero resima sunt, curvis et gracilibus aptius admoventur. Quae autem os habent, iis conveniunt, in quibus non scarificamus, sed vehementi impositione cucurbitularum,

^o) *Ib.* c. 17. p. 335.

larum, quas leves adfigimus, attrahere volumus, cum acumen labrorum ad vehementem attractum faciat. Quae labra habent obtusa, cum in aliis tum vel maxime in capite utimur. Attractio vero aenearum et vitrearum ex igne fit, cornearum sine igne, siquidem hae in extremo perforatae sunt, cumque adhibentur, absterfae, vehementer per foramen trahunt, statim vero foramen cera aut digito obturatur ^{p)}.

27.

Sequitur cucurbitulas *scarificatio*. Circa eam *Antyllus* sequentes injungit regulas: Primum nempe aqua multa esse locum lavandum, priusquam incidatur, deinde incisiones cruribus et abdomini per rectitudinem, fronti obliquae adhibendae. Aequales porro sint incisiones magnitudine, figura et intervallis, initium ducatur ab inferioribus partibus. Ita enim, inquit *Antyllus*, sanguis ad extimas partes influens non obscurabit eas, quae deinceps incidenda sunt ^{q)}.

Eundem fere effectum *hirudines* producunt ac *scarificatio*: itaque de iis sermo sequitur. Nuper captas per unum diem servandas esse jubet *Antyllus*, et sanguine alendas, ut virus exprimat. Ubi uti volumus, locus prius nitro fricandus est, aut sanguine vel argilla liquida fovendus aut unguibus scalpendus, siquidem ita promptius cutem apprehendent. *Hirudines* prius in aquam multam conjiciendae, spongia excipiendae et strigementis purgandae, ut virus ejiciant. Dum paucae nobis *hirudines* sunt, aut dum parcam tantummodo copiam sanguinis consumserint, caudam forcipe praecidimus: nam sanguine fluente nunquam trahere cessant, donec nos sale aut nitro aut cinere earum ora conspergamus. Cum exciderint, si locus est cucurbitulae capax, ejus applicatione virus extrahendum est; si vero capere nequit cucurbitulam, spongiis fovendus est locus: si autem ex oculis cruentae lacrimulae effluerint, mannam vel cuminum vel farinam inspergit, deinde lana paucio oleo madente convolvit ^{r)}.

28.

Haec de topicis sanguinis missionibus: jam de universali oratio venit. Delectum primum venarum uberius indicat, unde, quam late patuerit per totum corpus venarum sectio apud veteres, elucet. Si a fronte educendus est sanguis, *Antyllus* rectam in fronte venam secat, plerumque vero in superioribus frontis partibus et calvaria, ubi vena ad Y literae similitudinem scinditur. Post aurem
secanda

p) *Ib.* lib. VII. c. 16. p. 269. f.

q) *Ib.* c. 18. p. 271.

r) *Ib.* c. 21. p. 274.

secunda est ea, quae durae parti auris opposita est (*vena auricularis posterior*): quae sub lingua sunt, si non utramque, eam certe, quae magnitudine excedit, dextram utriusque secamus. In brachio eam, quae ex humero descendit (*vena cephalica major*): in manu, quae inter medium et annularem digitum interjacet (*vena salvatella*): in poplite, quae maxime media est (*vena poplitea*): in malleolis, interiorem (*vena saphena magna*): sed propter vasorum exiguitatem non esse saepe in nostra potestate fatetur, ut, quod velimus, incidamus. In secandis cubiti venis id maxime animadvertendum est: ibi potissimum tres eligendae sunt, externa, media et interna. In iis, qui animo linquntur, aut stomachus vitio adfectus, aut virium robur suspectum est, superior vena incidenda est (*vena cephalica*): quibus confertim facta detractio et concitata evacuatione, media (*vena mediana*): at quibus mutatione in melius et diversitate, inferior (*vena basilica*). Superior autem cavenda est in iis, qui musculos circumscriptos habent; et in quibus musculorum torosa indoles vasis incumbit, paullo supra flexum vena est incidenda. In gracilibus vitanda est inferioris (basilicae) sectio; metus enim est, ne magna sectione vires exsolvantur, exigua autem grumi concrecant et fiant aneurysmata, (ex satellitum venarum laesione, quae arteriam radialem tendunt). In valde pinguibus vena superior (cephalica) incidenda: mediana vero, priusquam flexum attingat, in plures ramos dividitur, unde errores committi possunt. Saepius etiam in deligando brachio cutis vehementer tensa in medio flexu, opinionem vasis facit ^{s)}.

29.

Post delectum venarum regulas format ad venaesectionem in brachio ipsam instituendam. Vinculum, quod vulgo supra vulnus incidendum injicitur, superfluum putat, si quis contortos habuerit et torosos musculos: inferiorem vero constrictionem inutilem habet, quippe quum ipsi circulus sanguinis nondum notus esset, saepe enim inde vasa occultari et sensus obtupestere. Bene etiam animadvertit, nunquam a constrictione inferiorem artuum vasa turgescere, ex qua quidem observatione potuisset bonus *Antyllus* motum sanguinis per venas efficere. Deligatio superior ubi facta est, manibus aliquid tenere aut fricare manibus jubet aegrum. Quibus vero in fronte, pone aures, sub lingua venae secandae sunt, eorum collo vinculum injiciendum, aut imperandum aegro, ut manum aut pollicem solum sub mento teneat, ac ita laqueum digitis adstringat, quo facto guttur non laeditur, simul tamen vasa compressa superius intumescunt. Fomentis et manus et pedes ante sunt tegendi, si venae eorum secandae sunt, atque semper vinculum inter cor et vulnus infligendum injiciatur ^{t)}.

s) *Ib.* c. 7. p. 259.t) *Ib.* c. 9. p. 262.

Venas

D

Venas incidit cum punctim, tum caesim: ac punctim quidem eas quae, non apparent, caesim vero, quae valde manifestae sunt. Uberius sanguinem detrahendum esse, quorum copia nimia turget; perexigua vero, si revellendus est a partibus quibusdam nobilibus. Si sanguinis missio reiteranda est, oblique vena incidatur, sin minus, transversim, namque haec facile conglutinatur. Forma oblonga convenit iis, in quibus non solum eodem die iteranda est sanguinis detractio, sed tertio etiam die et quarto, siquidem cubito curvato labia sectionis a sese plurimum diducuntur. Si sanguinis fluxus impeditur, parumper solvenda sunt vincula constringentia. Si vero cutis supergreditur ac obtegit vulnus obliquum, cubitus in omnes figuras est constituendus ac volvendus, donec sanguis iterum fluere incipiat. Si ob exiguum nimis vulnus fistitur sanguis, denuo incidenda est vena: si prae animi defectione, stratis et reclinatis sanguis mittatur et stomachus vellicetur et odoramentis aeger reficiatur. Si concretio sanguinis in grumos impedit fluxum, ambabus manibus est vulnus diducendum et distrahendum, oleumque et magis etiam acetum infundendum. Saepius pinguedo vulnus obturat, qua demum ablata sanguis fluere iterum incipit^{u)}.

30.

Denique *arterias* etiam secandas quandoque esse praecipit *Antyllus*, et occipitalem quidem, auricularem posteriorem ac temporalem superficiale. Haec ultima facile scinditur, si ei, cui arteria secanda est, imperamus, ut genas contrahat et firmiter innitatur: ita enim musculi omnes temporum facile in conspectum prodeunt. Non multum sanguinis prodire ex his arteriis solet, quum ilico contrahantur. Auriculares anteriores firmas quidem sunt ac robustas, sed non sine periculo, ob musculorum laesionem, vulnerantur. In secanda arteria occipitali ad os usque sectionem porrigit, osque ipsum abradit, ut caro ex ipso osse subpullulet et per ejus medium oscula arteriae excipiantur et praecidatur. Ubi satis sanguinis effluerit, supposita velfella vas extrahit et medium praecidit: ita enim neque committi, neque ex fluxu sanguinis ullum periculum consequi putat, cum oscula arteriae in carnem recurrant^{x)}. In hac quidem arteriarum praecisione, vertigini maxime comoda, consentiunt veteres alii cum *Antyllo*, praecipue vero *Aretaeus*^{y)}. Usus ejus confirmavit plurimis exemplis, vastaque eruditione, Marcus Aurelius *Severinus*^{z)}.

31.

u) *Ib.* c. 10 — 12. p. 263 — 265.

x) *Ib.* c. 14. p. 268.

y) *Curat. morb. diut.* lib. I. c. 3. p. 118. Ἐκκόπτει τὰς ἀρτηρίας.

z) *De efficaci medic.* P. II. p. 36 — 47. (fol. Erf. 1671.)

31.

Transeo ad alia externa auxilia, quorum meminit *Antyllus*. *Suffumigationes* commendat aethmaticis, alvo prius mollita. Ita autem eam administrat, ut inter divaricata crura hominis vestibis tecti lebes ignitis carbonibus plenus statuatur, tum carbonibus inspergatur aristolochia clematidis aut quae dactylitis dicitur (rotunda), vel sulfur ignem non expertum, aut ladanum aut ligna perficæ arboris. Homini postea, cujus pectus pituita obrutum est, imperatur, ut ore patulo fumum promte attrahat, multos enim hoc modo pituitam facile excrevisse ^{a)}.

Madfactiones commendat iis, quibus cataplasmata incommoda sunt, praesertim ubi caput, cui applicanda essent, ea non fert. Commodissimum vero est oleum chamaemelinum, maxime furibundis; ubi vero cavendum, ne verticem et partem posteriorem attingamus, quippe quae perfrictiones non ferunt, cum origines nervorum eadem sensu acriori ditent. Ad madfactiones etiam aquam frigidam aut poscam linteis puris excipit ^{b)}.

Irrigationibus utitur, spongia madida applicata et expressa, ubi balnea adhibere nequit, et ad abstergendas sordes aut purulentos humores. Adspersenda autem sunt membra potissimum hydrelaeo, si refectionem virium speramus, inflammationes discutiendae sunt aut abscessus citius in bonam suppurationem vertendi. Expeditiussimum juvat haec adspersiones in oculorum inflammationibus, ubi nuges pineae contractae et coctae aut foenum graecum coctum adspargitur. In febrium decremento quoque juvat aquae frigidae adspersio: et in lethargicis adfectibus, aquae quae nitrum excipit: in valde ficcis corporibus hydrelaeum spongia exprimitur ^{c)}.

32.

Fomenta deinde aut cataplasmata uberius tractat *Antyllus*, quorum maxime vulgare esse *luteum* putat, quod e seminibus lini et oleo paratur, furfuribus faepius aut cumino, aut foeno graeco aut hordeaceo pane additis. Id cataplasma hypochondriis admovetur in variis eorundem passionibus, praesertim in inflammationibus et spasticis adfectibus. In laxo oedemate farinam fabarum cumino mistam, in pudendorum adfectibus adstringentia, praesertim e malicorio parata; in duris et scirrhis partibus ficus cataplasmata applicat. Sine aqua etiam *fomenta sicca* parari jubet: ea quidem e melle, resina et lini seminibus. Utilia sunt sicca cataplasmata,

D 2

ubi

a) *Oribas.* collect. lib. VIII. c. 12. p. 333.

b) *Ib.* lib. IX. c. 22. p. 409.

c) *Ib.* c. 23. p. 410.



ubi ex humidis perfrigerium metuimus, ubi longius tempus corpori inhaerere fatius est: conferunt autem inflammationibus et rigoribus partium d).

Deinde cataplasmatibus adnumerat *dropacem*, quo utitur, ut corpus ad sinapismos praeparetur. Excipit autem dropax, si praeter modum calefaciendae sunt partes, et pyrethrum et cachry et bitumen: si opus siccatione est, sulfur ignem non expertum, falem ac cinerem farmentorum; si scarificare, limnesium (falem marinum) et euphorbium. Partes pilosae autem prius abradendae e).

Sinapismus ipsis utitur in segnioribus et frigidis hominibus, qui diuturnis morbis vexantur. Vetandi tamen in ulceribus, quippe quae exacuuntur iisdem. Resolutae ubi sunt partes, e. g. vesica aut nervi auditorii, eximium usum praestant sinapismi. Conficiuntur juxta ipsius praecepta, maceratis prius in aqua tepida caricis, admiscendo sinapi syriaco aut aegyptiaco. Tum ita ordinatur sinapismus, ut vel ex paribus caricarum et sinapis portionibus, vel ex tribus caricarum, duabus vero sinapis conficiatur. Locus, cui admoendus est sinapismus, prius nitro inungatur et perfricetur. Quodsi per longum tempus sinapismus ruborem nullum citaverit, aqua calida fovenda est pars, aut fomentis aliis mollientibus; aeger item in balneum ducatur tepidum. Ubi dolores vehementiores cientur, malvae decoctum superdatur, deinde vero ceratum rosaceum cum cerussa f).

33.

Quod ipsas vero curationum, quae manibus et ferramentis instituantur, regulas spectat, maxima certe *Antyllum* nostrum manet gloria inter veteres chirurgos: cum, neque ipso *Celso* aut *Paullo Aegineta* excepto, nullus fere tot tamque felicia dederit consilia, nullus fere tot nova molitus fuerit, quam *Antyllus*. Tempestivum itaque ducimus, haec ordine sueto percurrere.

In *hydrocephalo* adfectu audacter sectionem instituit, unicam eam, si parvus fuerit, plures, si insignis tumor g).

Everfionem palpebrae inferioris ita curat, ut majora carnis incrementa scalpro auferat, deinde aere usto tritoque contingat, sequenti die fomentum, tertio vero mel adhibeat. Si vero major fuerit everfio, sectiones duae forma literae Δ ita infliguntur, ut angusta pars literae Δ malam, lata vero palpebrae marginem respiciat.

d) *Ib.* c. 24. p. 414.e) *Ib.* lib. X. c. 12. p. 447.f) *Ib.* c. 13. p. 448. f.g) *Nicet. collect. chirurg. vet.* p. 122.

respiciat. Deinde fasciola illa literae ejus figuram referens excidatur, resecta etiam simul subjecta carne; labia vero sutura contrahantur. Quod si cicatrix palpebram inverterit, cicatricem filo in acum injecto vincire eoque modo extrahere suadet. Eodem modo agendum, si caro excrevens palpebram everterit. Superioris vero palpebrae everfionem incurabilem habet ^{h)}).

Hydroblepharum, seu palpebrae superioris tumorem aquosum, infantibus familiarem, incisione quoque curat, attracta cautissime cute superficiali, ne palpebrae musculi ipsi laedantur. Incisione instituta, salis pauxillum inspergit et pannum aceto madefactum superimponit. *Panniculum* etiam seu unguam corneae supernatam dividit scalpello et filo deligare studet ⁱ⁾. Post imponit et sal et cuminum, superposito ovi albumine cum oleo rosato; cavendum tamen esse, ne caruncula lacrimalis simul laedatur, dum excidere studet chirurgus panniculum: etenim morbus lacrimarum facile inde sequetur ^{k)}).

Apostematum lacrimalium speciem quamdam observavit, quae, neque ad oculos, neque ad nares sparsa, non nisi quaedam eminentia in angulo esse videtur, compressa etiam per oculum et nares, nulla effunditur lacrimalis putredo: inflammatur vero oculus cum continua lacrimarum profusione ^{l)}).

34.

Circa cataractae aut suffusionum curationem egregie meritus est *Antyllus*, cum primus omnium extractionem tentaverit. Eam tantummodo suffusionis speciem ferramentis curandam esse existimat, quae coloris sit ferrei aut plumbei, et modicae congelationis: quae vero est fortis congelationis aut nimis conglobata aut nimis subtilis, haudquaquam perforanda ipsi videtur. In his quidem indicationibus cum *Celfo* ^{m)} manifesto congruit. Ipsum autem curationis modum ita describit: Aeger in adverso sedili collocandus est lucido loco, ipsum oculum ita figere jubetur, ut versus majorem angulum respiciat, declinato parumper angulo minori. Tum acum admovet medio loco inter oculi nigrum et angulum tempori propiorem, e regione mediae suffusionis. Cum ventum est ad locum cataractae, inclinanda est, si vulgarem sequimur modum, acus ad suffusionem, leniter ibi vertenda et paulatim dedu-

D 3

cenda

h) *Aet. tetr. II. ferm. 3. c. 72. col. 330.*

i) *Rhaz. contin. lib. II. f. 37. b.*

k) *Ib. f. 38. c.*

l) *Ib. c. 5. f. 46. a.*

m) *Lib. VII. c. 7. p. 364. ed. Tag.*

ceda infra regionem pupillae: ubi deinde eam transiit, vehementius imprimatur, ut inferiori loco infideat. Si subinde redit cataracta, superius eam trahit, ut visus revertatur. Ubi expleta est curatio haec vulgaris, aegrum supinum jacere jubet, imponit autem oculo albumen ovi et oleum rosatum, imperat per aliquot dies quietem et umbram, prohibet sternutationem et tussim, et alia commoventia.

His vero adjungit: „Nonnulli aperuerunt sub pupilla et extraxerunt cataractam, quod expedit omnino, cum cataracta est subtilis. Quodsi vero ingentis molis est, non potest extrahi; cum humores simul egrederentur n).„

En primum vestigium extractae suffusionis, quam quidem curationem vulgo a Petro *Brisseauxio*, aut *Petito* et *Meryo* adinventam esse creditur. Post *Antyllum* vero eandem extractionem tentavit *Lathyrion*, incertae aetatis auctor o): suadet etiam *Avicenna* p), et vulgarem esse in Irak, regione Arabica, testatur *Abu'l Kasem* q).

35.

In prolapsu tumidae uvulae tum cauterium adhibet, tum ferramentum ipsum, quo leviter illam incidit r).

Asperae arteriae incisionem idem experientissimus chirurgus, tanquam expeditissimum commendat remedium, quo spiritus interceptus restitui possit. Animadvertit tamen, in ea tantummodo spiritus oppressionem administrandam esse hanc curationem, quae partes asperae arteriae et laryngis ipsius laesas supponit, nequaquam vero, dum pulmones simul offenduntur: commodissimam vero fere esse, ubi tonsillarum tumores glottidem coarcent. Ipsam autem curationem ita instituit, ut reclinato prius capite ejus, qui curabitur, inter tertium et quartum circulum cartilagineum asperae arteriae transversim cutem et ipsam membranam, quae fistulam spiritalem investit, transcindat, hamulis deinde oras plagae deducat, ut eo facilius spiritus irrepere possit. Hunc maxime locum eligit, quod vasa longius absint et muscoli, quos dilacerare nefas sit. Cum leviori modo iterum spiritus trahitur, vulnus confutis oris sanescere sperat s).

Licet

n) *Rhaz.* l. c. c. 3. f. 4r. c. d.o) *Ib.* f. 4o. b.p) *Canon.* lib. III. fen. 3. tr. 4. c. 15. f. 233. b. (ed. *Rin.* fol. Venet. 1558.)q) *Albucas.* chirurg. lib. II. sect. 23. p. 268. (ed. *Channing.* 4. Oxon. 1778.)r) *Rhaz.* lib. III. c. 7. f. 7o. a.s) *Paull.* lib. VI. c. 33. p. 186. — *Rhaz.* lib. III. c. 7. f. 68. c.

Licet primus *Antyllus* haudquaquam fuerit, qui egregiam hanc curationem suscepit; ab *Aesclepiade* enim originem ducit ^{t)}: primus tamen noster modum ipsum descripsit, quo institui debeat, unde patet, tubulum a veteribus haud adhibitum fuisse, cujus ope spiritus trahi possit. Eum enim primus *Fabricius* ab *Aquapendente* introduxit ^{u)}.

36.

De calculi curatione, quae ferramentis fit, paucula tantummodo consilia *Antylli Rhazeus* nobis reliquit. Repetiisse fere *Celsi* verba videtur, cum a sinistra commissurae perinaei parte incidendam esse cutem suadeat. Deinde vero praecipit, ut reliquiae calculi sedulo eximantur, alioquin enim erosionem vesicae inde sequuturam esse. Quum inter calculi dolores arenulae mingantur, sperat internis remediis eum solutu facilem fore, si vero urina mingatur limpida et aquosa, calculum jamjam adeo congelatum esse, ut folis ferramentis eximi possit ^{x)}.

Paucis tandem verbis attingam *hydroceles* curationem, quam noster commendat. Incisa nimirum vaginali tunica, γραφήν καὶ ἔναμιον θεραπείαν administrat, recentiores tamen σαρκωτικὴν ἀγωγήν introduxisse ^{y)}. In ea itaque administratione *Celso* adstipulatur: in usum autem eam iterum vocavit *Douglaffius* ^{z)}.

t) *Cael. Avelian.* acut. lib. III. c. 4. p. 193.

u) *Fabric.* operat. chirurg. p. 477. 480.

x) *Rhaz.* l. c. lib. X. c. 2. f. 214. d. 215. a. b.

y) *Paull.* lib. VI. c. 82. p. 198.

z) *Bell vom Wasserbruch*, S. 41. 42.

T H E S E S.

- I. Incitabilitas mere passivam organorum potentiam, neque activam vim complectitur.
- II. Matheos usus in medicina theoretica insignis est.
- III. Circuitus, quem sanguis celebrat, inventor Andreas potius *Caesalpinus* habetor, quam *Guil. Harvaeus*.
- IV. Nondum exploratum habemus, quanta redundatura sint commoda in medicinam ex hodierna chemia.
- V. Temerarium ducimus, senatoria gravitate et quasi e tripode praefari de causis vitae et sanitatis, priusquam chemia concitatori studio agitata plura nos de partibus simplicibus corpus animale constituentibus docuerit. Cum *Anaxagora* enim sentimus: Οὐ δυνατοί ἐσμεν κρίνειν τ' ἀληθές.
- VI. Gravidis, venerea lue infectis, mercurius omnino exhibetor.
- VII. Acidum primarum viarum tantum abest, ut a contentis semper evolvatur, ut potius saepissime ab adfectis vasibus ipsis fecernatur.
- VIII. Gas carbonicum phthiicos pulmonalis formam aliquam peculiarem levat, non penitus tollit.
- IX. Lithonryptica interna non contemnenda, cum egregium usum saepius praesentent et rationali modo explicari possit eorum efficacia.

Θεοδόσιος ὁ Ἰλιάδης

Παναγιώτη τῷ Νικολαΐδῃ

εὖ πράττειν.

Ἄρετῆς δὲ καὶ γλυκέων καμάτων στεφανωμένων, πῶς ἂν κομιδῇ ἄτοπος εἶην, μὴ ἐπὶ διπλῇ οὕτως εὐημερίᾳ σοὶ τε, καὶ τῇ Φιλτάτῃ πατρίδι συνηδόμενος; σοὶ μὲν εἰς λιμένα ἡδύν τε, καὶ προσῆν ὀρμισθέντι, ἵνα τασάτων ἐτῶν ἔσπευδες, ἀφ' ἧ ἤδη σοὶ ἐξὸν ἀνθρώπους εὖ ποιεῖν, ὃ δὴ μόνον εὐδαιμονία πέφυκεν ἀληθῆς· τῇ δὲ Φίλῃ πατρίδι, ὅτι σε νῦν ὡς μεγαλέμπορον νῆα προσδέξεται, παντοδαπαῖς μὲν ἀρεταῖς κατηγλαϊσμένον, παντοίοις δὲ εἶδεσι παιδείας ἐμπρέποντα. Ἄλλῃ, μασῶν τέμενος! σύ με σφραγιδα τοῖς λόγοις ἐπιτίθης τηλικαῖς τὸν στεφανίτην ἀμείβεσθα· ἔχῃ ὅπως γὰρ ἀπλῶ τῆς Παιωνείας στεφάνῳ, ἀλλὰ δὴ καὶ ὀνόματι εὐκλεεῖ τῆς τῆ περικλεῖς Συδενχαμ ἑταιρείας ἐκόσμησας, δῶρον ἔ τὸ τυχόν, ἄδύως τοῖς ὡς ἔτυχε δίδόμενον. Σπεῦδε ἂν, σεβασμίᾳ μοι κορυφῇ, παρὰ τὴν Φίλῃν γῆν, τὰ μέγιστα αὐτῆν, ὡς εἰκός, τῇ τε ἱερωτάτῃ τέχνῃ, καὶ οἷς ἄλλοις κομῆς πλεονεκτήμασιν, ὠφελήσων.

Αἶ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίς, καὶ Ἄπολλον, τοιῶτοί μοι δέκναι εἶτον ἀχαιῶν.

Χαίροις θεία κεφαλῇ, ἀπανταχῆ ἡμῶν μεμνημένος. Ἐγὼ γάρ σοι τὴν μεταξὺ νῶν ἱερωτάτην φλόγα τῆς Φιλίας ἐπόμνυμι, μηδέποτε σῶν ἀρετῶν μέχρις ἂν τῆ ζῆν, καὶ τῆ φρονεῖν μοι μετῆ, ἐπιλήσασθαι. Ἐρῶωσο.


Ἐν Ἀλῃ τῆς Σαξωνίας,

Ὀλυμπιάδος χ μ γ^η τὸ β^{ον},

Μενυχιῶνος ὀγδοῇ μετὰ εἰκάδα.

Ε

Σταῦρος



Σταῦρος Μόσχος

Παναγιώτη τῷ Νικολαΐδῃ

εὖ ἔχειν.

Τῆς χαρμῶν ἡμέρας ἐπέση δὴ, Φίλων ἐρασμιώτατε, ἡ ὥρα, καθ' ἣν ἡ πανευκλεὲς μήτηρ Ἀκαδημία συνιδῶσα σοι ὅσα τὸν ἄριστον Ἴατρον ἔχειν εἰκὸς, γέρας ἀξιοχρεῶν τῶν τραπεζῶν ἱερῶν πόνων τὸν παιωνεῖόν σοι στέφανον βραβεύει, συνέδρον σε τῶν ἐξόχων ἀνδρῶν ἀξιοπρεπῶς ἀναδεικνύσασα, σέμνωμά τε καὶ ἀγλαΐσμα τῆς πατρίδος ἐλλάδος ἀνακηρύττεισά. Ἄλλα τίσιν ἐγὼ λόγῳ χρησάμενος τὴν τῆς ψυχῆς με θυμηδῖαν ὑπεμφήναιμι, τὴν δάφνην τῶν ἀθλημάτων σε μετὰ χειρᾶς σε φέροντα ὄρωντος, καὶ τὴν εὐκλεῆ τῶν Ἴατρῶν στολὴν περιβαλλόμενος; ἐμὲ γὰρ τὸ ὑπερβάλλον τῆς χαρᾶς, ἐκ σὶδ' ὅπως, ἀνεπιτήδειον πρὸς λόγων ἀνδρῶν ἀναζητήσιν διατέθεικεν· ἀλλὰ σὺ, ὦ Φίλη καὶ ἱερὰ κορυφῇ, ὃ διὰ πολλῆ χρόνῃ τὸ ἐμὸν τῆς Φιλίας ἀκίβδηλον διαγνὸς ἐπὶ κομψότητι καὶ εὐφραδείᾳ λόγων ὄραξ; τῆτο κἄμοι ἐνθυμημένῳ, εἰδέν, ἀλλ' ἢ „συγχαίρω σοι ἐκ μυκῶν τῆς καρδίας“, βοᾶν ἔπεισι, ἰκανὸν τῆτο τῷ τὴν ἐμὴν εἰδῶσι Φιλίαν ἡγόμενος. Τῇ δὲ κοινῇ πατρίδι, τῇ Φίλῃ ἐλλάδι, ταύτῃ ἐγὼ συνήδεσθαι βάλομαι, ὅτι ἐν σοὶ ἄνδρα ὄφεται, εἶχ' ὅπως τῆς ἱερᾶς τῶν ἀσκληπιαδῶν τέχνης ἀμφιλαφῶς ἐχόμενος, ἀλλὰ δὴ καὶ παντοίως κομῶντα ἀρετῶν ἀνθεσι. Σοὶ γὰρ ἀληθῶς Φίλων κάλλιξε! ἔρωσ τῆς ἱερᾶς παιδείας εἰλικρινῆς ἐντέτηται, διὰ καὶ εἰ μόνον εἰς τὴν κλεινὴν ἐν Βιέννῃ τῶν σοφῶν ἐφοίτησας σοῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν περιελεῆ ἐν Ἄλλῃ ἀκαδημίαν κατέλαβες, ὅπε ἀκροατῆς περιφανῶν τε καὶ περιπύσων γέγονας ἀνδρῶν, ῥεῖλίξ κατ' ἐξοχὴν τῆ πάνυ, ἀνδρὸς Φημί τοιέτε, εἶδον πρὸς ἀξίαν εὐφημῆσαι ἢ ἐμὴ χεῖρ ἀδυνατεῖ· ἀπολαύσει τοίνυν ἐν σοὶ ἡ πατρίς ἐπανίσταται ἄνδρα πολλῶν ἀνταξίε ἄλλων, Φιλοφρόνως σε τὸν ἑαυτῆς ἀκίβδηλον ὑποδεχομένη γόνον, καὶ γενναίως τὰς σὰς ἐπαμειβομένη πόνως. Καρτερικῶς γὰρ, ὦ Φιλότῃς, διακύσας τὴν δυσάνοδον καὶ τραχείαν καὶ κρημνώδη τῆς ἱερᾶς παιδείας ὁδόν, παρεγένεσ τέλος ἐπὶ τὴν πέτραν, ὅπε ἄλσος σοι ἱερὸν πρόκειται, ἵνα εἰσερχόμενόν σε στεφανώσῃ ἡ εὐδαιμονία τῇ ἑαυτῆς δυνάμει, καὶ πᾶσαι αἱ ἄλλαι ἀρεταί, ὥσπερ τὰς νενηκίотας τὰς μεγίστας ἀγῶνας· ἀλλὰ τῶν ἐπάθλων σοι, ὦ λῶσε, ἐπιβραβευομένων, μηδὲ ἡμῶν τε αὐτῶν μεμνημένος διάλειπε, τῶν σοὶ τε καὶ τῇ πατρίδι εὐχομένων τὰ λῶσιν. Ἐρῶσο.

Ἐν Ἄλλῃ τῆς Σαζωνίας,

Μενυχιῶνος φθίνοντος τῷ α.ψ.Ϸ.φ.

Πανα-

Παναγιώτη Νικολαΐδη

Ἀθανάσιος Ἰωαννίδης

εὐδαιμονεῖν.

Τίς φυτὸν βρούν τοῖς ἀνθεσι θεώμενος οὐκ ἀγάλλεται, τὴν εὐκαρπίαν οἰωνίζμενος; τίς ἐν εὐφραίνει λήϊνον ἄρτι δεσμούμενον, καὶ σάχυν ὄριμον ὑπισχνούμενον; τίνα δ' ἔτερπει νεαλῆς ψυχῆ, ἀρεταῖς τε καὶ παιδείᾳ κεκοσμημένη; τοῖστος Σύ γ' ὦ Φίλος! ἀξιάγατος γὰρ μὴ ὅτι γε τῶν ἐπὶ Σοὶ Φιλοτιμουμένων χαρίτων, ἀλλὰ δὴ καὶ τῆς παιδείας. Ταύτη τοι καὶ ὁ ἱερός τοῦ Ἀσκληπιοῦ θίασος ἐληλυθότ' ἤδη, ἵν' ἰδῶσι καὶ πόνοις ἐκ παιδικῆς ἔσπευδες, στέφει Σε τῶ τῆς Παιωνίας στεφάνῳ, συνέδρον τε τοῦ οἰκείου χοροῦ ἀναδεικνυσιν, ἀναφανδόν σοι ἢ ἀξίῳ τὸ ἴσθαι ἀσθενούσων τὴν τῆς Ἀνθρωπότητος φύσιν ἐπιτρέπων.

Τί δ' οὖν ἔγωγ' ἐπὶ τούτοις προσεΐπω Σοι, πάντων συνήδεσθαί Σοι, καὶ τοῖς Σοῖς πλεονεκτήμασι τρυφῶν Φιλοτιμουμένων; οὐδὲν ἄλλ' ἢ τὰ ἑαυτοῦ ὅλη τῇ ψυχῇ τῶ δικαίῳ τῶν περὶ Σε ἐπαίνων συνεισφέρων, ἄλλω τινὶ πολὺ ἔμοιγε σπουδαιότερῳ τὸν νοῦν προσεπιβάλλω· ἐκεῖνα γὰρ ἄλλοις τε πολλοῖς νομῶσ' ἄγαν εἴρεται, καὶ ἡ Φήμη δ' αὐτὰ ὅσον οὐπω διαφοτήσασα πανταχόσε διαγγελεῖ. Ἐμὲ δέ Σου τῆς Φίλης κορυφῆς κεχωρισμένον, τοιοῦτον ἀφηρημένον Φίλον τίς φιλοσοφεῖν ἀνγκιάσει; πῶς ἔγωγε ὀτσοῦτον χρόνον τῆς σῆς ἀμβδύλου ἀπολαύσας Φιλίας, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἡδονὴν τε, καὶ ὄνησιν οὐ τὴν τυχεύσαν ἐν ταῖς τῆς ἱεραῆς τῶν Ἀσκληπιαδῶν τέχνης μελέταις καρπωσάμενος, πάντα νῦν γ' ἐξοπίνης συναποδημοῦντά Σοι ὄρων, φέρειν ἔχοιμι; Ἀλλὰ γὰρ ταῦτα καθ' ἡμῶν ἢ δυσμενῆς τύχη, ὡσημέραι τὰ ἡμέτερα πρὸς τὸ δοκοῦν μεταποιοῦσα, καὶ μηδὲν ἡμῖν μόνιμον καταλειπούσα. Τί δ' ἡμεῖς; παύσομεν διὰ τὸ ἀπόντας εἶναι ἀλλήλους ἀγαπῶντες; οὐμενεὺς σπεύδωμεν δὲ μᾶλλον, εἴγ' ἡμᾶς αἰεὶ συνεῖναι πεφθόνηται, κρείττους ταύτης ἀναδειχθῆναι, σήλη τε χαλκῇ τῇ τῆς διανοίας ἀλλήλας ἐντυπώσαντας, τὴν συνεχῆ μνήμην ἀντὶ τῆς θείας ἔχειν, ἀλλήλοισι θ' ὁμιλεῖν, καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς ἐκδηγεῖσθαι ὄργανοις τῆς τῶν ἀποδημούντων συντυχίας χρωμένους. Ὁ δέ γε τοσοῦτω Φιλίας δεσμῷ ἡμᾶς συνάψας φίλιος ταῖς ἡμῶν δεήσεσι καμφθεῖς, εὖ οἶδ' ὅτι συνάξει ποθ' ἡμᾶς τῷ σώματι, οὐ μὴν δὲ τῇ ψυχῇ ἀπ' ἀλλήλων διίσταμένους. Ἐρῶσο καὶ εὐ δοκιμῶν εὐ πράττε, Φίλων εἰλειμνέστατε!

Ὀλυμπιάδος χιγ'ῆς. τὸ β'ον. Μενυχιώνας ε', ἐπὶ εἰκάδι.

Ἐν Ἄλλῃ τῆς Σαξωνίας.

Μ. Σ.



Μ. Σ. Τενέδιος
 Παναγιώτη Νικολαΐδη
 εὖ πράττειν.

Ξείνων δ' εὖ πρᾶσσόντων ἔσανκαν
 αὐτίκ' ἀγγελίαν
 ποτί γλυκεῖαν ἔσλοι.

Εἰ δέ τις, οἷος ἐγώ, ὧ περ ἔχ' ὅπως σὺ Φίλω κληθῆναι, ἀλλὰ δὴ καὶ τὰ μέγιστα ὑπὸ τῆς θειοτάτης σε μήτρῳ εὖ παθεῖν κατ' εὐκληρίαν ἐγένετο, σῶν ὑψηλῶν καμμάτων ἄνωτον γλυκὺν σιγήν, ποίας ἂν ὑβρεως γραφὴν ἀποφύγοι, ὅποτε πάντες οἱ σὲ εἰδότες συνήδουσαι σοὶ σπεύδουσι, καὶ μάλα ἐν δίκῃ. Ἐπ' ἀρετὴν γὰρ τὸ πάτριον ἔθος καὶ τὴν πατρίαν ἐσίαν ἀπολιπὼν, εἰς Γερμανίαν ἀπήρως τὴν — — νῦν τῶν Ἑλλήνων Αἴγυπτον, ἵνα δὴ πολλοῖς ἱερεῦσι τῆς ἀληθείας ὁ ἐργάτης ἀθηνᾶς σὺ θεραπευτὴς συγγενόμενος, καὶ παρὰ πάντων τὰ κάλλιστα τῶν ἀνθέων ἀπολεγόμενος, τὸν ἀριπροπέσατον τετονὶ συνέπλεξας σεφάνου, ὃν τῆς θεσπεσίας σε κορυφῆς οἱ ἐν Ἄλλῃ, ἣν ἐγὼ μητέρα χρυσοσεφάνου ἀέθλων, καὶ ἀληθείας δέσποιναν ἂν προσείπομαι, δαιμόνιοι ἄνδρες ἐπέθηκον, ἐνοροῦντές σοι, ὅσα τὸν τῆς Ἀσκληπιᾶς διασώτην, τὸν τὸ μέγιστον τῶν ἐν ἀνθρώποις, τὴν ὑγείαν ἐπιτετραμμένον, ἔχειν νομίζεται. Καὶ δὴ ἠνέωπται σοὶ νῦν ὁ τῆς πανακειᾶς λειμὼν

— — — ἔνθα μάλ' αἴθηρ

πέπτται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

Ἔθεν ἐπὶ τὸ Φίλον ἔδος αὐθις ἐπάνει ἄμερος γυιαρκέος ἀνωδυνίας· κατὰ Πίνδαρον, τέκτων, μέγιστον ὄφελος τοῖς Φίλοις ἐσόμενος Ἑλλησι. Πηλίκον σκιρτήσει ἡ σεβασμιωτάτη τῆς λάμπρας ψυχῆς ἀγγελθέντος τῆς σῆς εὐτυχίματος, ὅτι σὲ τηλικῶτον ἤδη ὄντα προσδέξεται! ὅσον δ' ἐγὼ αἰῶμαι τῆς Φίλης μοι θεᾶς σε ἀξιοθεῖς, καὶ τὴν σεφάντιν σε κορυφὴν προσπυζάμενος. Ἐρῶσό μοι Φίλτατε.

Ὀλυμπιάδος χμγ' τὸ β'.

Μένουχιῶνος γ*. μεσῆντος

Βιέννη.

